

CRIMINALIS.
ARTICULUS XXX.

51

Semiplena probatio.

1. Secundum promissum, *artic. 7. conclus. 1. in fin.* statim me remitto ad *art. 22. concl. 2. art. 23. concl. 1.* Dicitur autem semiplena probatio, quæ uno teste omni exceptione majore, qui juratus de eo, quod in causa caput est, deponit, perfici solet. Verba sunt *Steph. hic.* Confer *Bernh. Zieritz. hic, per tot. præsertim verò Iohan. Zang. in tract. de quest. c. 2. num. 16. cum seqq. usq. ad n. 32. inclusivè.* Per quos proficio meritò eos hic allego, & id ingenui pudoris est. Hoc tamen addo; multos J. C.ros insurgere contra hanc criminalem sanctionem in hoc puncto, sed frustra, quasi unicus testis semiplenè probare non possit, *Franc. Duar. lib. 2. annio. disp. 1. c. 33. Iacob. Cuiac. Hug. Donell. lib. 24. comm. 11. & lib. 25. comm. ad l. jurisjurandi, 8. C. de testibus, Anton. Fab. 9. error. pragm. 1.* sed contra stimulum mihi videntur calcitrare, & ita mecum sentiunt *Br. Bl. Paul. de Castro, Alex. Iason. Sichard. Petrus Gilkenius, Ant. Gabriel. Jerem. Setser. Illic. Vm. disp. 15. ad process. iud. direct. th. 1. num. 5. & disp. 18. th. 1. n. 1. à me disc. Acad. 2. append. 1. allegati, & cogor ita à me dissentire, veritate inspecta; Pœniteat errorum reperta veritate, ut dixit post multos Jacobus Reibingius, Patricius Augustanus, & vide *disc. Acad. 3. concl. 1.* Rectissimè igitur scribit *Valent. Forst. 2. de iurisd. Rom. in l. 3. Numæ, num. 57.* ab hac sententia decedentem facere, ut, symbolo fidei relicto, novam fidei formam extruat.*

ARTICULUS XXXI.

Confessio socii criminis.

1. Indicium sufficiens ad torturam est, si reus convictus, qui socios criminis habuit, eosdem socios nominaverit, & detexerit, modò alia quinque copulative concurrunt adminicula, *Iacob. Menoch. lib. 1. pres. q. 89. num. 72.* aliàs torturæ remedium est, ne rei litium criminalium de consociis interrogentur, *Vent. de Valent. in parth. litigios. lib. 2. c. 12. num. 37.* Quædam enim sunt delicta, quæ non facilè sine sociis in effectum produci possunt, ut monetam cudere falsam, latrocinari, diffidare, seditionem exercere, abigeatum committere *Zieritz. hic, verb. delicti socios habuit.* Et latius hoc ex *Prospero Farinacio & aliis* prosequitur *Iohan. Zanger. de torturis reorum, c. 2. num. 48. cum multis seqq. ubi num. 50.* de confrontatione odiosa agit; Primum est, ut reus in genere, non etiam in specie, seu in divido interrogetur, quisnam ei socius criminis fuerit? *Zieritz. hic, verb. ne indicanti torto, Matth. Steph. hic, nu. 2. 3. Cothm. vol. 1. resp. 29. nu. 323.* vide *Zang. d. c. 2. num. 56. 58.* ubi rationem hujus requisiti tradit, nisi adsit specialis præsumptio, quod certa persona intervenerit. Hæc interrogatio fieri debet à Judice, *num 50. 60.* Et in tortura, *num. 61. 62. Matth. Steph. hic, nu. 4.* vide *Matth. Berlich. part. 4. concl. 4. nu. 104. cum seqq. Responsum iuris in ardua causâ concernente processum contra sagam nulliter institutum, q. 2. p. 50. n. 288. cum seqq.*

2. Secundum est, ut interrogetur de omnibus circumstantiis, quomodo, quo